

L. 12, 10.

Vd
2139

MANIFESTUM ORDINUM REGNI, M.D. LITHUANIAE,

&

Annexarum Provinciarum circa Liberam &
Legitimam Electionem ac Tuitionem

MAJESTATIS SERENISSIMI

AUGUSTI TERTII,

Regis Poloniae & Electoris Saxoniae,
CONFEDERATORUM.

UNA CUM
INFORMATIONE VERA DE CIR-
CUMSTANTIIS SCIENDI
NECESSARIIS.

Die XVI. Mensis Aprilis Anno D. M DCC XXXIV.



МУЗЕИАМ
СКЛАДИРЕНИЯ
АКАДЕМИИ

БОГДАНОВИЧА
САМОДЕРЖАВЫ
МОСКОВСКОЙ

AUGUSTI HERTII

БОГДАНОВИЧА
САМОДЕРЖАВЫ
МОСКОВСКОЙ
СОВЕТНИКА
СОВЕТИЛЫ
СОВЕТИЛЫ
СОВЕТИЛЫ



MANIFESTUM.



Os Proceres, Dignitarii, Officiales,
Totusque Equestris Ordo, Regni Po-
loniæ, Magni Ducatus Lithuanie, &
annexarum Provinciarum, circa Libe-
ram & Legitimam Electionem nec
non circa Tuitionem *Majestatis*

*Serenissimi Regis, & Domini Nostri Clemen-
tissimi, AUGUSTI TERTII, Confœderati,*

pro certo & indubitate habentes, non solum abruptam esse spem de-
faniore confilio Partis Stanislao Leszczynski Adhærentis, verum nul-
lum superesse Nobis modum, immoderatâ præventam ferocia, ad e-
iusmodi reducere cogitationes, quas longè facilius Conscientia, Leges,
Patria amor, Pauperum gemitus, Pacis dulcedo, Boni publici com-
modum, ac denique piissima Regia Clementia persuadere conarentur.
Cum itaque ad eos perditissimarum intentionum illarumque execu-
tionum perseverint excessus, ob temerariam, contumacem & malici-
osam, Personæ Regno & toti Europæ fatali adhærentiam, pro cu-
jus interesse gravissima, Seculisque memoranda, contra Leges publi-
cas, communem Libertatem, Patriam, Thronique & Nominis
Polonici Honorem perpetraverint crimina, ut ea augere potius,
quam cessare aut corrigerem parati, idcirco Nos in tam periculoso Rei-
publ. Statu, & ferventissimo extrema eius Ruine æstu, ulteriori-
que obviando interitu, ne simul & semel, ad ineluctabilem deveniat
casum, hanc solennem, coram DEO Tremendo Judice, Causæque No-
stra Protectore & Vindice, coram Sacra Sede Apostolica, Domino &
Patre Communii, tanquam Vicaria DEI Potestate, coram Universo de-
nique mundo generaliter contra Reverendissimum D.Theodororum Po-
tocki Archiepiscopum Gnesensem, & Primatem Regni, ac contra to-
tam Partem Stanislao Leszczynski, cum oppressione Libertatis, &

everfione Status adharentem, una cum solenni, ratione infrascriptorum Protestatione, facimus Manifestationem, idque in eo.

Quia prædictus Reverendissimus D. Primas, cum suis Aſſeclis nominato Stanislao Leszczynski adharentibus, oblieto timore Divino, severè mala ſemper puniente, contemptis Legibus Regni, talia vetantibus, extincto Patriæ debito amore & respectu, poſtposita Paritate & Aequalitate Noſtra, contra fas & æquum, contra Solennia toties repetita Juramenta ſua, contra Fidem publicam, contra denique Primatiam Dignitatem, Legibusque limitatam ac circumscriptam ſuam Potestatem, a primo statim Sereniflmi Regis AUGUSTI SECUNDI d. m. fatorum instanti, ſolo privati lucri Sui Domusque Suæ, cui intra limites æqualitatis fors arcta videtur, ductus amore, adjuncto Triumviratu in pernicioſa Reipublicæ & Paci communi eaque ſecretiſima eum quibusdam Exteris Personis intravit confilia, pro аſſumendo in Regem Poloniæ Stanislao Leszczynski, non confiderata illius ad Regium Faſtigium inhabilitate, in perpetuumque Legibus totius Reipublicæ excludente, ſuper quam ipſem Reverendissimus D. Primas in Confœderatione Generali Sandomirensi, personale, liberum & ſolenne præſtitit Juramentum, præferendoque Unius Personæ civiliter mortuæ magis & potius elevationem, quam Regni, Patriæ, Libera-tatis, Pacisque Universalis Conservationem in quem finem adeo violenta inter ſe pauci media, ut non tantum ad opprimendam Li-bertatem, Status Euerfionem, Legumque convulfionem ſufficerent, verum ad turbandam Torius Europaꝝ Pacem Universique mundi exi-tuum, ſu efficacia eſſe nemo dubitaret instrumenta. Quod ut clarius Sacra Sedi Apostolicæ, Cunctisque pateat Potentis, ſeriem malorum, qua hucusque & paſſi fumus, & cogimur pati, non ea methodo, qua Pars ſolet adverſa, vera ſupprimendo, ea quæ ſibi ſomniarunt, pro Ve-ris fine pudore evulgando, Iuſtſres & per totum Orbem Celeberrimas ac Venerandas Personas indigne circumſcribendo, innocentiam ar-guendo, mala & iniquissimos actus ſuos pro Licitis, bonis, Reipubli-que utilibus & neceſſariis interpretando, ſed Teste DEO, noſtræ que Conſcientiâ, ac tot Illuſtrium Virorum, Externarum Potentiarum Miniftrorum ea omnia ſpectantium digniſſimo testimonio, praefentique Authentico documento, fideliter deponimus.

Quem admodum itaque res per ſe mala, nunquam justis rationi-bus tueri, nec congruis ſtare aut promoveri valet mediis, ita ad au-thorifandam Personam, per publicas totius Reipublicæ Leges exauſto-ratam, & non ſolum ad Regium Faſtigium pro inhabili in ævum de-claratam, ſed pro hoſte Patriæ, Tyranno ac Invaſore reputatam, ex cordeque Regni ejectam & expulſam, non alia iſervire media & con-filia, niſi violenta, ferocia, & desperata.

Per

Per absolutam ergo Stance Interregno Primatalem Potestatem, Asseclarumque ejus, tanquam Instrumenta ad omnia exequenda provisa assistentiam, nil intentatum relictum, Stanislaique Throno repositio, tanto furore sub internecone, & continuis minis urgebatur, ut omnino id, quod in illo conclusum Triumviratu, suo potiretur effectu, Personaque semel destinata, seu per Electionem novam si succederet, seu quoconque alio modo, Regio assumetur Throno. Ne vero rei privacim conclusa cursus in publico & expectatio impediatur, in Electione, omnia, raptim, confuse, & violenter, brevibus expedita confiliis, rejectisque omnibus solennitatibus, & gradibus tam consuetis, quam Legibus descriptis, tam pro utilitate Reipublie quam pro securitate Actus & Libertatis servientibus, tanto executa tumultu, ut rerum inter se gestarum difficilis omnino cognitio & distinctio apparuerit, Negotiumque tantæ consequentiaz, cuius effectum tota præstolata Europa, ut nullius Authoritatis tractabatur opus, non considerando, quod Electio sit boni vel mali scetus Mater, Vivificans aut interimens Rempublicam Actus, omniumque Jurium, Praerogativarum, & Immunitatum nostrarum, Universalis Pacis, ac securitatis publicæ Conservatrix si filuberrimis & concordibus Votis ac confiliis, optatum fortuit effectum.

Cum vero magis privato quam publico tempestive provisum commodo, nullum in Electione sana confilia haberant locum, nec operata sperari potuit Unio, dum pro uno Solo, tanto certabatur furore. Venit ergo illa Reipublicæ & toti Europæ fatalis dies, quo fœsta Stanislai Leszczynski executa impositio, per infaustissimam Primatalem Nominationem, seu Verius malorum omnium provocacionem, obtutis Primatis auribus, ad continuas solennesque tot illustrium Virorum, torque Nobilium Electorum Protestationes, averisque oculis, ad considerabilem Magnatum, Senatorum, Ministrorum, & Nobilium Pragam recepsimus, restitucionem Liberi Veto glorioſo prætentientium zelo, majori deinde aliorum, tam securitatis gratia, quam ad salvandam libertatem, & ad suceverendum Patriæ, in periculissum inducta Statum, numero illuc congregatorum. Venit illa dies iræ calamitatis & miseriaz, quâ multis Vivat Stanislaus clamantibus vita adempta, sangvisque fraternus Electoralem aspergens campum, jam extunc, metum & omen futurorum cruento monstravit præfigio, impavidi tamen, Legum, Patriæ, Libertatis, Fratrumque Infectores & Parricidæ, ad reliqua his initias, latam sibi aperuerunt viam.

Solitâ ergo rerum experientiâ, millenisque probata exemplis, desperatos casus, desperatis curari semper remedii, nihil itaque, ab illo putatio Rege, ejusque fideli relictum Grege, nihil onaiffum, quod

gravissimum non sequeretur Crimen, vel non ex pernicioſiſimo, vim
& robur haberet confilio. Et cum imposſam, Throno inhabilem,
& omni capacitate exutam Personam extrudebant Leges, à Legioni-
bus quæſitum Auxiliū, erētoque tumultuarie, ad ruinam & ſclera-
magis idoneo milite, quod nunquam meruit Nomen, primo hostiliter
Nos Pragæ aggredi, insultare, minari, alios incautos, nullam hostili-
tatem, ab æqualibus ſperantes, occidere, curvus & impedimenta in-
tercipere & ſpoliare, initium Regiminis Stanislai fuit, quod plus ultra
crebrior fama, de appropinquantibus non permifit Ruffis, de quorum
in Lithuaniam ingressu mentio, paulo ante pro criminé fuit. Sed
extrema gaudii occupavit luctus, dum in præſentissimo Stanislaſtis
periculo, non aliud faluberius remedium suasum, niſi propera Ged-
num fuga, ubi pertentola terrā marique ſpargebantur ſubſidia, ſicque
quamvis minus honestum ſed opportunum amplexi conſilium, octi-
duus Rex, Primas, & totus quantus amicorum numerus, omni quā
datā viā, totâ pompa in proſperrima conſiſtente fugâ, pervenerunt
Gedanum, cui tam famoſo totius Europæ Emporio injecto fano,
ſplendidam cum ſuā præſentiā attulerunt miseriā, & ruinam totā
memorandam atate. Sicque reſtabilitā ut cunque ſecuritate, reliquos
Adhærentes in Regno, faecem populi in militiam conſribentes, & in-
tolerabiles ab æqualibus Contriбуſiones exigentes, bonaque recte ſen-
tientium hostiliter invadentes, ad hos animabante ausuſ, quibus facile
totum funditus everteretur Regnum, ad eumque deduceretur Statum,
quo nullus, miſerabilior, & deplorabilior unquam.

Ne vero inultam ſuam relinquerent fugam, injunctum Gedan-
no, novo Regimenterio, Miniftrorum Plenipotentiariorū Externarū
Potentiarum Varsaviæ Residentias, Jure Gentium Sacro, Privile-
giatas, Singulariter Aulæ Rufficæ, cum militibus & tormentis bellicis
aggredi, & invadere, indeque Viginti quatuor Milites, mediantibus Li-
teris paſſū Primalibis, pro cuſtodia Residentia conductos, nec non
Equos Excellentissimi Domini Comitis de Levenvold, intercipere, ar-
reſtare, & detinere, in Ipsiſumque cum aliis Excellentissimis Dominis
Miniftris, in Residentia Excellentissimi Domini Comitis de Wilczek
Legati Cæſarei ſecuritatis majoris cauſā manentem, communioni-
bus, ac convitiis invehi, nullique parcendo Personæ oppugnationem
deinde Palatii Serenissimi Regis & Domini Noſtri Clementissimi ado-
riri, prout defacto hostiliter, cum numeroſo armato milite, continua-
que tormentorum explosione, ad alteram uſque diem oppugnatū, in
quo Sexaginta milites ex conſensu itidem Primali, pro cuſtodia Pa-
latii, conduci poſt ingentem fuorum cladem, per capitulationem ar-
mis poſitis intercepiti, ſpoliatis ex plurimis locis Regis mobilibus,
noveque militæ in aliqua parte permiffis, ut eo alacriores ad familię

red.

redderentur obsequia. Et quamvis hoc uno criminale & execrabilis Actu, tota adimpleri visa mensura, nec dum tamen Zelos pro suo Stanislao fidelitas, satiata, ne ad majora audaciam sumeret attentata.

Ac sicut finis unius mali, gradus est futuri, ita complectum unum facinus, aliud sequebatur. Præconcepta sui Electi cæca manutentio, tanto illos preoccupavit & posse dedit furore ut nec timor, nec pietas crudelibus obstitit ausis. Ad nos iterum ferocia versa, ne id quod Deus operatus in Nobis succederet ullatenus. Obsessam vidimus, armis, tormentis bellicis, militeque undique conducto, ex parte Varavia, Vistula ripam, continuam audivimus & spectavimus per aliquot dies contrâ nos tormentorum explosionem, magnis conatibus, legitimam Electionem nostram, inturbare & impedire volentes sensimus, sed frustra contra torrentem nitentes reliquimus. Facientesque nostra, Favente desuper Auxilio DEI Operi nostro, ut evidenti Sanctissima Voluntatis suæ signo, cum summo plausu, unanimiter & concordibus Votis, in optimâ legitimarum Electionum forma, consuetis gradibus ac solennitatibus, SERENISSIMUM REGEM, die 17. Januar. Anno nunc currenti cum admirabili Coronatum Pompa & Decore jam Nobis feliciter Regnante, in solium publicum Elegimus, servato in toto Libero Vero, Liberæque Electionis Jure, sperantes, ulterioribus pro obice malis, id sufficiens adesse remedium.

Sed ut post totaliter perditum visum, cæcus quamvis Serena die a meridiiali Solis non juvatur lumine, ita nec illos in umbra sui Electi a Serenissimo Regum Fastigio Legibus exclusi ambulantes, SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS Domini Nostri Splendor, Vultusque Serenus omnia clementer condonans, ad rectiorem reduxit viam. Corpora emori incipientia, putridoque similiora cadaveri, ordinaria non sanat medicina, nisi extrema curatio.

Plausibilis ergo ubique de Electro Serenissimo REGE AUGUSTO TERTIO Fama, Solis Gedanensisibus displicuit Hospitibus, in tantamque sui rapuit oblivionem, ut quid vellent? quid in commune fvadrent? ignari, turisque Babylonica Conditoribus obstupuerunt similes. Sapientissimus ille, qui pernitiosissimum dedit consilium, nec ad Conclave admissus, qui non fumetsissima SERENISSIMO ELECTO Nostro, Electoribus, totique Regno fuaderet & præcaretur mala. Sicque ad convitia, calumnias, malitiosas Electionis, Paclorum Conventorum, aliorumque subsequentium Actuum interpretationes, detractiones, apud Aulas Principum, relationes ab omni veritate alienas, imò nunquam existentes, & his similia processam, quod facile sublato Timore Divino, calcari: que Legibus evenit.

Sumpit brevi audaciam superbia, concepsit boni & honesti rationem malitia, surrexit par contra parem, sustulit fas & æquum, ne fas,

fas, ab uno Cœdes, ab alio bona Legibus & Securitate publica munita, invasa, ab omnibus rapinæ, Contributiones, & Spolia, ubique locorum nil tutum, nil legibus caustum, Virorum Illustrium, Nobilium, captivæ tiones, sub armis sequestrationes, ad forrallia tanquam mancipia remissiones, nec domi, nec in itinere, nec in templis, nec extra Regnum ulla securitas, postarum Violenta interceptio, immo Curorum Literis terti Commeatus instructiorum, prehensio, spoliatio, & cædes; Cuilibet ad omnia nefaria permissa licentia, dummodo a Stanislai partibus staret, Nobilem oppressio sine exemplo, miserrimus ubique Liberæ Republicæ Status, & conditio, ubi cuncta vi & violenter, sub specie Libertatis, ad unius trahuntur nutum. Et cum his remedii intra Regnum tuerit Stanislaus, nec sanioribus ab extra, Jus suum, stabilire curat consilio.

Missi ad Amicas Aulas, qui falsa pro veris narrarent, qui in suas Partes, externas inclinarent Potentias, qui cuncta cum summo Reipublicæ damno & præjudicio largis flesterent promissis. Quot ad Aulam Orthomanicam? quot ad Crimensem? cum ingenti ærarii publici dispendio? cum execrandis propositionibus, tori Christianitati non mirus scandalosis, æquè ac pericolosis, pro brevi Stanislai Regimine expediti? Nec puduit privatâ autoritate, quibusdam Aulis totas Reipublicæ offerre Provincias, ut tanto pretio empta Stanislao succederet Regia Potes.

Minima hæc sequentibus comparata legentur, ad quæ horret animus: non passibus jam magnis itum ad metam malorum, sed toto & effuso festinatum cursu, cum id quod DÆO invisum, ipsique naturæ monstrosum, omni tentatum conatu, id quo nihil horribilis unquam, damnara excogitare poruit malitia, quod nulli non execrandum honesto, genus nempe hominum, Dominis suis subditum æque & inimicum, ad rebellionem animare, multis promissis ad sua vocare auxilia, rufica illorum suis jungere armis, Cracoviam Metropolini Regni, Regumque Coronam & Mausolæ, antiquitus ob innumera Sanctorum Corpora, Sacrasque Reliquias Parvam vocatam Romam, ex omnibus oppugnare & invadere partibus, muros continuis quaterre tormentis, hostili circumcirca vastare rabie, ejusque Sortis hominibus, qui rigorosæ semper frenantur Legibus, hujus tueri jubere causam, qui contra Regem, Dominum & Benefactorem suum, cum ingenti & memorabili Reipublicæ ruina & damno, multoque sanguinis diluvio, non primæ criftas erexit rebellis.

Nec in his adhuc gradibus steterat furor, nec iste extensæ in immensum ferociæ limes; Timor Divinus, Patriæ amor, Honestique ratio non erant tanti, ut suum haberent respectum. Ut enim peccator dum in profundum venerit, contemnit omnia, ita effrænata licentia nullis

nullis arctari pacitur Legibus, nisi his, quæ ab ejus dependent arbitrio. Id ergo, quod semel intra placuit, ab extra tentare infernalis fuisit, malitia, dum Populos *Augustissimo Imperatori*, & Sacrae Czareæ Majestati subjectos, DEO Fideles, & Principibus Dominisque suis fidos per Concederationem Sandomiriaæ noviter factam, typo impressam, capacesque ad id Personas, tanquam diabolica instrumenta, ad rebelles animare Spiritus, omnibus conabantur modis. O rem DEO abominabilem! O Facinus Christiano Nomiini exosum! O nefas impium! Honestis mentibus insolitum! Omnibus Gentibus extiosum! ab ipsisque damnatum barbaris! DEO, ejusque resistere Potestati, crimen, quæ non puniunt Leges? ad resistendum autem DEO, & Dominis, fidem impellere populum quis furor, & quæ dementia fuisit, ac ad Universale mundi conjuravit exitium?

Cum ergo sic res quotidie vadant, ut ex quolibet actu ingens Reipublica sentiat damnum, longeque ferre cogatur majora. Nos quibus verus Fidei Catholicæ zelus. Cujus ingens Sacra Romanæ Ecclesiæ miraculoso DEI auxilium emolumenatum Gratia super Serenissimos ELECTORES SAXONIAE descensa magisque per Exemplarissimam Serenissimi Regis AUGUSTI TERTII felicissimè Regnantem pietatem quotidie Elucens. Nos quibus sincerior Patriæ & Libertatum Amor, tenerius ineft cordi, ac de Conservanda tota Republica restabiliendaque Pace provide manumque ad amovendam securum jam ad radicem positam apponere, & agmine in nos ruentibus obviare fatis, purior intentio hæret, Solennem hanc de superioris expressis iterum atque iterum reperimus Manifestationem. Supplicantes Sacra Sedi Apostolice, Domino & Patri Communi discernat causam nostram a Gente non Sancta, eruar Nos ab Homine iniquo & doloso. Obtestamur Omnes Potentias & Republicas ne malitiosis adversæ Partis conatibus, ullo assistant modo, imò tanquam faces incendiarias, ubique extingue current, nec Primiti, qui Arribus & moliminibus suis, bello præsenti initium & incendium sufflavit, nec cuiquam illorum adhibeant fidem, inauditosque dimittent Nostram ut Communem Causam, pro Pace, & Universali commodo Agentem, juvent, & recognoscant Quis justius induit Arma? Causa quæ justior? legitimior? Reipubl. ac toti Europaæ utilior? Pars vero adversa

ex suis cognoscatur fructibus.

C



JKVd 2139

x 3348901

in und nachstehendem ist die von mir hier aufgestellte Reihe der
erhabensten Werke des jüngsten und noch lebenden deutschen Schrift-
steller, welche die Erinnerung an den großen Namen ihres Vaters
verdienstlich erhalten haben. Ich habe sie nicht nach dem Alter, son-
dern nach dem Verdienste der Werke, und nach dem Einflusse, welcher
dieselbe auf die deutsche Sprache und Literatur ausgeübt haben, geordnet.
Die ersten drei Werke sind von dem großen Schriftsteller Goethe,
der zweite von dem großen Dichter Schiller, der dritte von dem
großen Historiker und Schriftsteller Herder, der vierte von dem
großen Schriftsteller und Dichter Schlegel, der fünfte von dem
großen Schriftsteller und Dichter Tieck, der sechste von dem
großen Schriftsteller und Dichter Müller, der siebente von dem
großen Schriftsteller und Dichter Grillparzer, der achte von dem
großen Schriftsteller und Dichter Heine, der neunte von dem
großen Schriftsteller und Dichter Büchner, der zehnte von dem
großen Schriftsteller und Dichter Keller, der elfte von dem
großen Schriftsteller und Dichter Eichendorff, der zwölften von dem
großen Schriftsteller und Dichter Uhland, der dreizehnten von dem
großen Schriftsteller und Dichter Bülow, der vierzehnten von dem
großen Schriftsteller und Dichter Lichtenberg, der fünfzehnten von dem
großen Schriftsteller und Dichter Fichte, der sechzehnten von dem
großen Schriftsteller und Dichter Hölderlin, der siebzehnten von dem
großen Schriftsteller und Dichter Schopenhauer, der achtzehnten von dem
großen Schriftsteller und Dichter Ritschl, der neunzehnten von dem
großen Schriftsteller und Dichter Rückert, der zwanzigsten von dem
großen Schriftsteller und Dichter Lenz, der zwanzin-



nc

h. 12, 10.

Vd
2139

MANIFESTUM ORDINUM REGNI, M. D. LITHUANIAE,

&

Annexarum Provinciarum circa Liberam &

Loyallim Electionem ac Tuitionem


STATIS SERENISSIMI

AUGUSTI ERTII,

loniæ & Electoris Saxoniæ,
OEDERATORUM.

UNA CUM
ATIONE VERA DE CIR-
STANTIIS SCIENDI
NECESSARIIS.

VI. Mensis Aprilis Anno D. M DCC XXXIV.



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄT-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)